

Et promittebant, se eum non ob-
jecturos esse. Extant adhuc ca-
pita Examini in Decretis ex
Augustino descripta, dist. 23. ubi
post commemorationē Symboli,
petitur etiam expressa conde-
mnatio errorum, qui eo tempore
à fanaticis hominibus, Mani-
chæis, Arianis, Novatianis &
Pelagianis passim circumfere-
bantur, ac nominatim præcipi-
tur inquisitio: An is, qui ad
Ministerium vocatus est, pro-
hibeat nuptias? An improbet
secundum conjugium priore
conjugæ mortua, & usum car-
nium? An post lapsum redeun-
tes ad pœnitentiam recipiat?
An originale malum iudicet esse
peccatum? An ulli homines ex-
tra Ecclesiam sint hæredes vitæ
eternæ? De tam multis rebus
expressæ asseverationes postula-
tæ sunt. Et Græcus Canon

L 2 usus